

dignatus; tam speciosa, ut eam Deus elegerit; tam casta, ut potuerit esse Virgo post partum. Tu. Ad. Magnific. ant. Recordare, Domina, pauperatis nostrae, et praesta nobis auxilium brachii tui.

CANONES.

Infra Heb'd. 11 Infant.
FERIA II.

Ex Concilio Toletano Undecimo. an. 675.—*In Praefatione.*—*Concil. T. 15 p. 309.*

90. Intacta «Deipara» Virginitas et virilem coitum nescivit, et fecundata per Spiritum Sanctum carnis materiam ministravit. Tu.

FEAIA III.

Ex Statutis Synodalis Ecclesiae Canonianensis.

An. 1247.—*Mart. Tom. 8 col. 1371*

91. Docere debent Presbyteri veri Dei Filium.... de Virgine natum esse, virginitate integrā manente in conceptu, partu et natiuitate. Tu.

FERIA IV.

Ex Statutis Synodalis Ecclesiae Claramontensis.

An. 1268, p. 1. cap. 3.—*Mart. Tom. 7. col. 390.*

92. Debent docere Presbyteri. Filium Dei esse natum de Virgine, Virginitate manente in conceptione, in partu et in natiuitate. Tu.

FERIA V.

Ex S. Antonio Archiep. Florentino.
An. 1459.—*Par. 4. tit. 23. c. 20 G. 10.*

93. Beata MARIA Mater est omnium in Virginitate, quia prima sine precepto, consilio, vel exemplo virginitatis munus obtulit, per quod omnes virgines per imitationem virginitatis genuit. Tu.

FERIA VI.

Ex Paulo Papā Quarto.

Const. Cum quorund. an. 1555.

Bull. B. Rom. IV. p. 1 p. 322

94. Omnes et singulos, qui haec nō asseruerunt, dogmatizarunt, vel crediderunt... Beatissimam Virginem MARIAM non esse veram Dei Matrem, nec perstissemper in virginitatis integritate, ante partum scilicet, in partu et post partum, ex parte omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti apostolica auctoritate requirimus. Tu.

SABBATO.

Ex Paulo Papā Quinto.

Const. Imm. bonitatis.—an. 1615.

Bull. R. T. V. p. 4 pag. 183.

95. Una cum uberrimā fecunditate florem Virginitatis illibatam perpetuō conservavit «Deus in Virgine» cuius virtutem et pulchritudinem sol et luna mirantur, natura obstupescit, infernus quoque contremisit. Tu.

III.

PREGNATIO

B. MARIE V.

Ab ejus Infantia (seu à primā Dominica Adventus) usque ad ejus Partum.

RESPONSORIA.

Dicenda post Lectiones tempore Praegnat. tam in officio Dominice, quam in feriat.

In I. Noct. et in II. et V. Feris.

§. 1. Rorate caeli desuper, et nubes pluant justum: aperiat terra, et germinet Salvatorem. §. Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus JESUS.—Aperiat.

§. 2. Spiritus Sanctus in te des-

Lectio. de Scrip. in praegn.

scendet, MARIA: * Ne timeas, habebis in utero Filium Dei. §. Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, dicit Dominus.—Ne.

§. 3. Suscipe Verbum, Virgo MARIA, quod tibi à Domino per angelum transmissum est: * Concipies, et paries Deum pariet et hominem. §. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.—Concipies.—Gloria.—Cœcipes.

In II. Noct. et in III. et VI. Fer.

§. 4. Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: * Quod enim ex te nascet, tu sanctum vocabitur, Filius Dei. §. Ave MARIA, gratia plena, Dominus tecum.—Quod.

§. 5. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, * Et requiescet super eum Spiritus Domini. §. Orietur stella ex Jacob, et consurgat virga de Israele.—Et.

§. 6. Beata es, Virgo MARIA, quae Dominum portasti Creatorem mundi: * Genisti, qui te fecit, et in eternum permanes Virgo. §. Ave MARIA, gratia plena, Dominus tecum.—Genisti.—Gloria.—Genisti.

In III. Noct. et in fer. IV et Sabb.

§. 7. Ecce Dominus venit, et omnes sancti ejus cum eo. * Et erit in die illa lux magna. §. Ecce apparebit Dominus super nubem candidam, et cum eo sanctorum militia. Et.

§. 8. Et ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: * Ave gratia plena Dominus tecum. §. Ne timeas, MARIA: invenisti enim gratiam coram Domino.—Ave.

§. 9. Benedicta, et venerabilis es, Virgo MARIA: * Quae de

caelo suscepti prolem, et mundo genitissi Salvatorem. §. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera facis homo.—Que.—Gloria.—Que

LECTIONES

DE

SCRIPTURA.

pro feris Praegnat. seu adventu et pro primo Noct. Festivitatum quae toto hoc tempore proprias non habuerint.

PRO FERIS II. PREGN.

De libro Proverbiorum.

LECTIO I. c. 4. v. 20.

Fili mi, augetur sermones meos, et ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedat ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: vita enim sunt inventientibus ea, et universae carni sanitas. Tu. §. Rorate. p. 96.

LECTIO 2.

Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit, remove à te cor pravum, et detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui recta videant, et palpebrae tuae praecedant gressus tuos. Dirige semitam pedibus tuis, et omnes vias tuae stabilientur. Tu. §. Spiritus. p. 96.

LECTIO 3.

Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram averte pedem tuum à malo: vias enim, quae à dextris sunt, novit Dominus: perversae vero sunt, quae à sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. Tu. §. Suscipe verb. p. 97.

PRO FERIS III.

De libro Proverbiorum.

LECTIO I. c. 5. v. 1.

Fili mi, attende ad sapientiam meam, et prudentiae meae inclina aurem tuam, ut custodias cogita-

tionem, et disciplinam labia tua conservent. Ne attendas fallaciam mulieris, fœvus enim distillans labia meretricis, et nitidus oleo guttur ejus: novissima autem illius amara quasi absinthium, et acuta, quasi gladius biceps. Tu. §. Spir. Sanct.

LECTIO 2. v. 7.

Nunc ergo, fili mi, audime, et ne recedas à verbis oris mei. Bibe aquam de cisternâ tuâ, et fluentia putei tui: deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Tu. §. Egredietur. p. 97.

LECTIO 3. v. 18.

Sit vena tua benedicta, et lactare eum muliere adolescentiæ tuæ: cerva charissima, et gratissimum hinnulus. Ubera ejus inebrient te in omni tempore, in amore ejus delectare jugiter. Quare seduceris fili mi ab alienâ, et forveris in sinu alterius. Respicit Dominus vias hominis, et omnes gressus ejus considerat. Tu. §. Beatae Virgo. p. 97.

PRO FERIS IV.

De libro Proverborum.

LECTIO 1. c. 6. v. 1.

Fili mi, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus. Fac ergo quod dico, fili mi, et temetipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum. Tu. §. Ecce Dom. p. 97.

LECTIO 2. v. 6.

Vade ad fornicaem, o piger, et considera vias ejus, et discite sapientiam: Quæ cum non habeat duceem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, et congregat in messe, quod comedat. Usquequò piger dormies? Quando consurges à somno tuo? Tu. §. Et ingress. p. 97.

LECTIO 3. v. 20.

Conserva, fili mi, præcepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ. Liga ea in corde tuo jugiter, et circumda gutturu tuo. Cum ambulaveris, gradiantur tecum: cum dormieris, custodient te, et vigilans loquere cum eis. Quia mandatum lucerna est, et lex lux, et via vitæ increpatio disciplinæ. Tu. §. Benediet. p. 97.

PRO FERIS V.

De libro Proverborum.

LECTIO 1. c. 7. v. 1.

Fili mi, custodi sermones meos, et præcepta mea recorde tibi. Fili, serva mandata mea et vires: et legem meam, quasi pupillam oculi tui: liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. Dic sapientiæ: soror mea es, et prudentiam voca amicum tuam, ut custodiant te à muliere extraneâ, et ab alienâ, quæ verba sua dulciter facit. Tu. §. Rorate celi. p. 97.

LECTIO 2. c. 8. v. 1.

Nunquid non sapientia clamitat, et prudentia dat vocem suam? In summis excelsisque verticibus supra viam, in mediis semitis stans, juxta portas civitatis in ipsis foribus loquitur, dicens: ô viri, ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum. Tu. §. Spiritus. p. 97.

LECTIO 3.

Intelligite parvuli astutiam, et insipientes animadvertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: et aperientur labia mea, ut recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium. Tu. §. Suscipe Verb. p. 97.

PRO FERIS VI.

De libro Proverborum.

LECTIO 1. c. 8.

Justi sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid, neque

perversum. Recti sunt intelligentibus, et æqui invenientibus scientiam. Accipite disciplinam meam, et non pecuniam: doctrinam magis, quam aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis: et omne desiderabile ei non potest comparari. Tu. §. Spiritus Sanctus. p. 97.

LECTIO 2.

Ego sapientia habito in consilio, et eruditus intersum cogitationibus. Timor Domini odit malum: arrogantiam, et superbiam, et viam pravam, et os bilingue detestor. Meum est consilium, et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Tu. §. Egredietur. p. 97.

LECTIO 3.

Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt: per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam. Ego diligentes me diligo: et qui manet vigilans ad me, invenient me. Mecum sunt divitiæ et gloria, opes superbæ, et justitia. Tu. §. Beata. p. 97.

IN SABBATIS.

De libro Proverborum.

LECTIO 1. c. 8. v. 19.

Melior est enim fructus meus auro, et lapide pretioso, et geminina mea argento electo. In vitis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii, ut dilem diligentes me, et thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Tu. §. Ecce Dominus. p. 97.

LECTIO 2.

Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole consisterant: ante colles ego parturiebar. Adhuc terram

non fecerat, et flumina, et cardines orbis terræ. Quando præparabat coelos, aederam: quando certâ lege et gyro vallabat abyssos. Tu. §. Elingr. p. 97.

LECTIO 3.

Quando ætera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta componens, et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore: iudens in orbe terrarum, et delicia meæ esse cum filiis hominum. Tu. §. Benedicta. p. 97.

IN SABBATIS ADVENT.

AD VESPER.

Antiph. et Psalm. ut in Psalter.

CAPITULUM. *Isaias. c. 7. v. 14.*
Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Buthyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. §.

Hymnus 38. *Brev. Convenarum.*

Instantis adventum Dei
Poscimus ardenti prece
Festisque munus incitum
Præcepimus canticis.

Æterna proles Femina
Non horret includi sinu:
Fit ipse servus, ut jugo
Nos servituti eximat.

Mansuetus et clemens venit:
Occurre, festina, Sion:
Ultrò tibi quam porrigit.
Ne dura pacem respuas.

Sit laus Patri, laus Filio,
Sit par tibi laus, Spiritus,
Quo dante Virgo concipit,
Mantelque semper integra. Amen
§. Prophetæ prædicaverunt.
§. Nasci Salvatorem de Virgine
MARIA.

Ad. Magnif. ant. Ecce Virgo concepit, et Virgo permanens pariet Filium, qui vocabitur Emmanuel. Oratio de Locubilius.

DOMIN. I. PRÆGN.

Semidupl. 1. Classis.

Hæc Dominica nunquam omittitur, et si aliqua in eâ occurrat festivitas, transferetur.

Omnia dicuntur, ut in Psalterio, præter sequentia.

Invitator. Deum, quem concepit Virgo, Venite adoremus. Psalms. invit. Venite exult. p. 1.

HYMNUS 39. S. Ambr.

Veni, Redemptor gentium,
Ostende partum Virginis:
Miretur omne sæculum,
Talis decet partus Deum.

Non ex virili semine
Sed mystico spiramine,
Verbum Dei factum caro
Fructusque ventris floruit.

Alvus tumescit Virginis,
Claustrum pudoris permanet,
Vexilla virtutum micant,
Versatur in templo Deus.

Procedens de thalamo suo,
Pudoris aula regia:
Geminæ gigas substantiæ
Alacris ut currat viam.

Sit laus Patri, laus filio. &c.

IN I. NOCT.

De Isaiâ Propheta.

LECTIO 1. c. 7. v. 10.

Et adjecit Dominus loquid Achaz, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit: audite ergo domus David: nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti esis et Deo meo? Tu. ꝑ. Rorate. p. 96.

LECTIO 2.

Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum, et eligere bonum, derelinquitur terra, quam tu detestaris à facie duorum regum scorum. Tu. ꝑ. Spiritus p. 96.

LECTIO 3.

Adducet Dominus super te, et super populum tuum, et super domum patris tui, dies qui non veniunt à diebus separationis Ephraim à Juda cum rege Assiriorum. Et erit in die illa, sibilabit Dominus musæ, quæ est in ferrâ Assur. Et veniet et requiescent omnes in torrentibus vallium, et in cavernis petrarum, et in universis foraminibus. Tu. ꝑ. Suscipe. p. 97.

IN II. NOCT.

Sermo Sancti Maximi Episcopi.

Homilia 2. in Natal. Domini.

LECTIO 4.

Non mirum sanè, si extitit divina Nativitas, ubi non erat humana conceptio: aut si illam Matrem non violavit partus, quam coitus non foedavit. Ille quondam futurorum conscius Isaiâs populis et gentibus signum novæ salutis aperiens, ecce, inquit, virgo in utero concipiet, et pariet Filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur, Nobiscum Deus. Tu. ꝑ. Spiritus S. p. 97.

LECTIO 5.

Atque ut advertamus novi ac veteris testamenti unum esse consensum, unumque consilium, ait etiam beatissimus Lucas, Dominicæ generationis relator egregius, dicens: missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsatam viro, cui

nomen erat JOSEPH, et ait ad illam: ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus JESUM. JESUS autem, carissimus, latino sermone Salvator dicitur. Tu. ꝑ. Egrediet. p. 97.

LECTIO 6.

Ecce qualiter se invicem concordantibus, et cum prædicantium diversa sint tempora, non tamen diversa narratio. Nam partum Virginis quem ille prædixerat, iste testatur. Quis igitur infausta puerperæ alvum dubitet floruisse, quod uno pene ore, atque eodem spiritu proloquuntur Evangelista, Angelus, et Propheta. Tu. ꝑ. Beata. p. 97.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam

LECTIO 1. c. 1. v. 26.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

SERM. 2. IN PENTEC.

Missus est coluber tortuosus à diabolo, ut venenum per aures mulieris in ipsius mentem transfunderet in totius posteritatis originem. Missus est interim Gabriel Angelus à Deo, ut Verbum Patris per aures Virginis in ventrem et mentem ipsius eructaret, ut eadem viâ intraret et antidotum, quæ venenum intraverat. Tu. ꝑ. Et ingressus. p. 97.

LECTIO 8.

Christus ergo medicinam primùm apposuit, ubi primus vulnere patebat locus, et substantialiter utero Virginis illapsus, de Spiritu Santo conceptus est, ut conceptionem nostram mundaret, quam Spiritus malus si non lecerat, tamen infece rat: ut non esset etiam in utero

vita ejus ociosa, dum novem mensibus purgat vulnus antiquum, scrutans, ut dicitur, usque ad immum putredinem virulentam, ut sanitas sempiterna succederet. Et tunc jam operabatur salutem in medio terræ, in utero videlicet Virginis MARIE, qui mirabili proprietate terræ medium appellatur. Tu. ꝑ. Et ingres. p. 97.

LECTIO 9.

AD MARIAM enim, sicut ad medium, sicut ad arcem Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium omnium sæculorum respiciunt, et qui in cælo habitant, et qui in inferno, et qui nos præcesserunt, et nos qui sumus, et qui sequentur, et nati natorum, et qui nascentur ab illis. Illi qui sunt in cælo, ut resarciantur: et qui in inferno, ut eripiantur: qui præcesserunt, ut propheta: fideles inventiantur: qui sequuntur, ut glorificentur. Eo beatae te dicunt omnes generationes, Genitrix Dei, Domina mundi, Regina cæli. Tu. ꝑ. Benedic'a. p. 97.

In advent. non dicitur Te Matr.

AD LAUDES.

Capit. Ecce virgo concipiet, etc. Ut in Vesp. p. 99

HYMNUS 40. Brev. Rom.

Creator alme siderum,
Eterna lux credentium,
JESU. Redemptor omnium,
Intende voci supplicum.

Qui demonis ne fraudibus
Periret orbis, impetu
Amoris actus, languidi
Mundi medela factus es.

Commune qui mundi nefas
Ut expiaret, ad crucem,
E Virginis sacratio
Intacta prodixit victima.

Sit laus Patri, laus Filio &c.
ꝑ. Rorate cœli desuper, et nubes pluant justum.

ꝑ. Aperiat terra, et germinet
Salvatorem.

Ad Benedict. ant. Gaude MARIA
Virgo, * quia in te, et per te, et de
te benigna manus Omnipotentis
quidquid creaverat, recreavit, al-
leluia.

Oremus. *Oratio.*

Excita, quæsumus Domine, po-
tentiam tuam et veni; ut te, quem in
virginali utero conceptum credi-
mus, in cordibus nostris suscipere
valeamus. Qui vivis et regnas.

*Suffragia Sanctor. non dicuntur
hoc tempore.*

Ad Horas, omnia ut in Psalterio.

IV.

VIRGO PRÆGNANS.

CANON.

Ex Felice Papâ primo.
*Ep. 4. ad Maxim. Ep. et cleric. A-
lexandriae an. 272. Conclitor.
Tom. 1. pag. 567.*

96. De Incarnatione Verbi, et
fid e credimus in Dominum nostrum
JESUM Christum, ex MARIA Vir-
gine natum, quoniam ipse est æternus
Dei Filius..... incarnatus ex
Virgine. Tu.

IN II. VESP.

Capitul. ut in primis. Ecce Virgo.
Hymnus. 41. *J. M. Caryophil.*

Carnem dedisti Verbo,

Verbum tibi se totum,

Deo Deorum plena,

Dans plena, sumens plena.

Verbo creatus orbis,

Te recreatus orbis:

Per illud salus facta

Per te salus peracta.

Quod fit bonum, fit Verbo.

Per te fit omne bonum:

Et facta Verbo fiunt,

Perfecta per te fiunt.

Sed justus ille Judex,

Tu Mater advocata:

Tu spes, et ille terror,

Dom. II. Adv.

Hoc distat, hoc est impar.

Doxologia de tempore.

ꝑ. Prophetæ predicaverunt.

ꝑ. Nasci Salvatorem de Virgine

MARIA.

Ad Magnif. ant. Ecce Dominus
veniet, et non tardabit; et erit in
die illa lux magna.

Oratio de Laudib.

CANONES.

Dicendi Infra Hebdom. 1. Prægnat.

FERIA II.

Ex S. Eutichiano Papâ.

*Ep. 1. ad Joan: et ad Eps. Beth-
cæ. an. 275.—Conc. Tom. 1.
p. 571.*

97. Humani generis causâ Dei
Filius natus ex Virgine est et Spi-
ritu Sancto, ipso sibi in hæc opera-
tione famulante, et suâ, Dei vide-
licet, inumbrante virtute, corporis
sibi in initia consevit, et exordia car-
nis insituit, ut homo factus ex Vir-
gine, naturam in se carnis accipe-
ret..... Tu.

FERIA III.

Ex Concilio Nicæno Primo.

*an. 325. c. 19.—Conc. 7. Tom. 2.
p. 118.*

98. Dei Verbum, quod fuit ante
sæcula, Filius ipsius ad quem di-
xit: Faciamus hominem, et quæ se-
quuntur, ipsum rursum in diebus
novissimis et Patris et suâ senten-
tiâ homo factus est, incarnatum ex
Virgine propter eum qui lapsus est,
Adamum. Tu.

FERIA IV.

Ex Concilio Nicæno Primo.

*an. 325. c. 23. Conc. Tom. 2.
p. 423.*

99. Quomodo dispensatio in car-
ne Domini facta sit, nullus neque
angelorum, nec ipse Gabriel, qui
eidem mysterio ministravit neque
omnino sancta, pura, et casta Virgo
MARIA consequi poterit totam hu-

jus Dei Verbi incarnationis intelli-
gentiam: ipse etenim solus unigeni-
tus Dei JESUS exacte novit suam
propter nos inhumationem. Tu.

FERIA V.

Ex Concilio Toletano Primo.

ann. 400. Concil. Tom. 3. pr. 576.

100. Filium Dei « credimus, »
Deum natum à Patre ante omne
omnino principium, sanctificasse
uterum MARIE Virginis, atque
ex eâ verum hominem sine virili
generatum semine suscepisse, dua-
bus dumtaxat naturis, id est, deita-
tis et carnis in unam convenien-
tibus omnino personam, id est, Do-
minum nostrum JESUM Christum.
Tu.

FERIA VI.

Ex S. Julio Papâ Primo.

*Ex Ep. ad Dociman in Conc. Eph.
lecta.—Concil. T. V. p. 499.*

101. Ad fidei plenitudinem in-
carnatus quoque Dei Filius ex
MARIA Virgine prædicatur, atque
inter homines moratus..... perfec-
tus Deus in carne, et homo perfec-
tus in Spiritu. Tu.

SABBATO.

Ex S. Leone Papâ Primo.

*Ep. 97. ad Leon. Aug.—Conc. t. 6.
p. 237.*

102. De Domini Incarnatione
confitemur et credimus, qui ad sa-
lutem humani generis reforman-
dam, carnem nostræ fragilitatis,
non de cælo secum delulit, sed in
utero Virginis Matris assumpsit.
Tu.

DOMIN. II. PRÆGN.

Semid. 2. Class.

*Omnia ut in Dom. 1. ado. p. 100.
præter sequentia. Hæc Dom. si in-
cidat in festum Immacul. Concep-
tionis omititur, et fit de eâ com-
memoratio tantum recitandum ejus Ho-
mil. pro nonâ lectione.*

IN I. NOCT.

De Isaia Propheta.

LECTIO 1. c. 8. c. 1.

Et dixit Dominus ad me: sume tibi
librum grandem, et scribe in eo
stilo hominibus: velociter spolia de-
trahæ, citò prædare. Et adhibui
mihi festes fideles, Uriam sacerdo-
tem, et Zachariam Filium Barachia:
et accessi ad Prophetisam, et conce-
pit et peperit Filium. Tu. ꝑ.
Rorate. p. 96.

LECTIO 2.

Et dixit Dominus ad me: voca no-
men ejus: accelera spolia detrahe-
re: Festina prædari. Quia ante-
quam sciat puer vocare patrem su-
um, et matrem suam, auferetur
fortitudo Damasci, et spolia Sama-
riae coram rege Assyriorum. Tu.
ꝑ. Spiritus Sancti. p. 96.

LECTIO 3.

Et adjevit Dominus loqui ad me
adhuc dicens: pro eo quod abject
populus iste aquas Siloe, quæ ca-
dunt cum silentio, et assumpsit ma-
gis Rasin, et filium Romeliae: pro-
pter hoc ecce Dominus adducet su-
per eos aquas fluminis fortes, et
multas, regem Assyriorum, et om-
nem gloriam ejus. Tu. ꝑ. Suscipe
Verb. p. 97.

IN II. NOCT.

Ex commentario Sancti Basilii
Episcopi super caput octavum Isaia:

LECTIO 4.

Nemo autem negaturus est MA-
RIAM esse Prophetissam, ad quam
accessit Isaïas per cognitionis acces-
sum; si modò ejus verba spiritu
prophético putata revocet in mem-
oriam. Quid enim ait: Magnificat
anima mea Dominum. Et exultavit
spiritus meus in Deo salutari meo:
quia respexit humilitatem ancilla:
sua. Ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes. Tu. ꝑ.
Spiritus. p. 97.

Et certe omnia illius verba si expendas, nequaquam dubitabis, quin eam quoque dicas Prophetissam, cum Domini Spiritus supervenerit in ipsam, et virtus Altissimi ei obumbraverit. Quòd igitur scribere jusus est Propheta in hoc tomo, simul ut appropinquavit ad prophetissam, id jam factum vidit. Tu. ꝑ. Egre dietur. p. 97.

LECTIO 6.

Hic autem, qui natus est ex Prophetis et virtutem Damasci, et spolia cepit. Virtus Damasci sui sunt, qui ex gentibus credunt: spolia vero Samaria, qui ex circumcissione fidem sunt amplexi. Ceterum data, mandata gestaque fortia ejus, qui ex prophetissâ natus est, vice nominum ipsi imponuntur à Domino, perinde ut et nomen JESUS eidem Domino aptatum est ob salutem nobis à Deo imperitam. Tu. ꝑ. Beata es. p. 97.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. v. 28.

In illo tempore: Ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Hom. 3. super missus.

Legimus in oculis Apostolorum, et Stephanum plenum gratiâ et apostolus fuisse repletos Spiritu Sancto, sed longè dissimiliâr à MARIA. Alioquin nec in illo habitavit plenitudo divinitatis incorporatiâr, quemadmodum in MARIA. Nec illi conceperunt de Spiritu Sancto, quomodo MARIA. Ave, inquit, gratiâ plena, Dominus tecum. Quid mirum si gratiâ plena erat, cum quâ Dominus erat. Tu. ꝑ. Ecce Dominus. p. 97.

LECTIO 8.

Sed hoc potius mirandum, quomodo qui angelum miserat ad Virginem, ab angelo inventus est esse cum Virgine. Hanc velocior angelo fuit Deus, ut festinantem nuntium celerior ipse præveniret ad terras? Nec mirum. Nam cum esset rex in accubitu suo, nardus Virginis dedit odorem suum, et ascendit in conspectu gloriæ ejus fumus aromatis, et invenit gratiam coram oculis Domini, clamantibus qui circumstantibus: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatis myrrhæ et thuris? Tu. ꝑ. Et ingress. p. 97.

LECTIO 9.

Satimque rex egrediens de loco sancto suo exultavit, ut gigas ad currendum viam: et licet à summo caelo egressio ejus, nimio tamen pervolans desiderio prævenit nuntium ad Virginem, quam amaverat, quam sibi elegerat, cujus decorem conciperat: Quem præcipiens à longè venientem gratulans et exultans ait Ecclesia: ecce venit is saliens in montibus, transiliens colles. Tu. ꝑ. Benedicta. p. 97.

Ad B. ned. c. ant. Ecce Dominus venit et non tardabit, et erit in die illâ lux magna.

Oremus.

Oratio.

Excelsa, quasumus Domine, potentiam tuam, et veni; ut per Nativitatem tuam de Virgine Matre corda nostra caelesti repleantur laetitia. Qui vivis et regnas.

CANON.

Ex S. Leone Papâ Primo Const. 51. Sollicitudini meæ, an. 449.—Bull. R. T. 5. p. 39.

103. Veritas, sicut propheta ait, de terrâ orta est, et sic Verbum Virgo MARIA concepit, ut unien-dam sibi carnem de suâ substantiâ

ministraret. Tu.

Ad Magnif. ant. Deus à Libano venit, et splendor ejus sicut lumen erit.

CANONES.

Infra Hebdom. 2. Prægn. dicendi.

FERIA II.

Ex S. Pelagio Papâ.

Ep. 16. ad Childeb. Regem.—Concil. T. 12. p. 527.

104. Sancto Spiritu superveniente in beatâ Virgine MARIA atque obumbrante et virtute Altissimi, eundem Verbum ac Filium Dei in utero ejusdem Sanctæ Virginis MARIE, elementèr ingressum, et de carne ejus sibi unisse carnem animâ rationali et intellectuali animatam, credimus. Tu.

FERIA III.

Ex S. Gregorio Papâ Primo.

Ep. 67. ad Quiric.

105. Non prius in utero Virginis caro concepta est, et postmodum divinitas venit in uterum; sed mox ut Verbum venit in uterum, mox Verbum servatâ propriæ virtutis naturâ factum est caro. Tu.

FERIA IV.

Ex S. Gregorio Papâ Primo.

Ep. 1. ad Episc. Hibernic.—Conc. T. 14. p. 134.

106. Eadem Virgo et ancilla Domini dicitur et Mater: ancilla enim Domini, quia Verbum ante sæcula Unigenitum æqualis est Patri; Mater vero, quia in ejus visceribus ex Sancto Spiritu de ejusque carne factus est homo. Tu.

FERIA V.

Ex Concilio Tolitano Quarto.

an. 633. cap. 1.—Concil. T. 14. p. 481.

107. Incarnatus est ex Spiritu Sancto et sanctâ et gloriosâ Dei Genitricæ Virgine MARIA, et natus

est ex ipsâ solus idem Dominus noster JESUS Christus. Tu.

FERIA VI.

Ex S. Joanne Papâ Quarto.

Ep. 2. ad Constantium. Imp.—Concil. T. 14. p. 370.

108. Carnem Dominus veram suscepit ex intemeratâ et beatâ Virgine Dei Genitricæ, consubstantiâ nobis effectus. Tu.

SABBATO.

Ex Concilio Lateranensi.

an. 649. Verb. S. Martini. P. Præf. Conc. ser. 1.—Conc. T. 15.

P. 69.

109. Sine semine conceptus incorruptè de Virgine processit ipse, qui propter nos incarnatus est Deus. Tu.

DOMIN. III. ADV.

Ser. 2. Class.

Omnia ut in Dom. 1. præg. p. 100 præter sequentia.

IN I. NOCT.

De Isaia Propheta.

Lectio 1. c. 11. v. 1.

Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super cum Spiritus Domini: Spiritus sapientiæ et intellectus; Spiritus consilii et fortitudinis; Spiritus scientiæ et pietatis; et replebit cum Spiritu timoris Domini. Tu. ꝑ. Rorale. p. 96.

LECTIO 2.

Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed judicabit in justitiâ pauperes, et arguet in aquilate pro mansuetis terræ: et percussiet terram virgâ oris sui, et spiritu laborum suorum interficiet impium. Et erit justitiâ cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus. Tu. ꝑ. Spiritus S. p. 96.

Habitabit lupus cum agno: et pardus cum hædo accubabit: vitulus et leo et ovis simul morabuntur, et puer parvulus mimabit eos. Vitulus et ursus pascentur: simul requiescent caliciorum: et leo quasi bos comedet pates. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis: et in caverna reguli, qui ab lactatus fuerit, manum suam mittet. Tu. *ñ.* Suscipe. p. 97.

IM II. NOCT.

Ex commentario Sancti Hieronymi Presbiteri super caput undecimum Isaie.

LECTIO 4.

Egredietur virga de radice Jesse. Usque ad principium visionis, vel ponderis Babylonis, quod vidit Isaias Filius Amos, omnis propheta de Christo est, quam per partes volumus explanare, ne simul proposita, atque diserita, lectoris confundant memoriam. Virgam et florem de radice Jesse ipsum Dominum Judei interpretantur: quod scilicet in virgâ regnantis potentia, in flore pulcritudo monstratur. Tu. *ñ.* Spiritus S. p. 97.

LECTIO 5.

Nos autem virgam de radice Jesse sanctam MARIAM Virginem intelligamus, quæ nullum habuit sibi fructicem coherentem, de quâ et supra legimus: ecce Virgo concipiet, et pariet Filium. Et florem Dominum Salvatorem, qui dicit in Cantico canticorum. Ego flos campi et lilium convallium. Tu. *ñ.* Egredietur. p. 97.

LECTIO 6.

Super hunc igitur florem, qui de trunco, et radice Jesse per MARIAM Virginem repente consurgit, requiescet Spiritus Domini: quia in ipso complacuit omnem pleni-

tudinem divinitatis habitare corporaliter: nequaquam per partes, ut in cæteris sanctis. Tu. Beata es p. 97.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. v. 34.

In illo tempore: dixit MARIA ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

In Luc. libr. 2.

Videtur hic non credidisse MARIAM, nisi diligenter advertas: neque enim fas est, ut electa ad generandum unigenitum Dei Filium fuisse videatur incredula. Quo ergo modo fieri posset, ut Zacarias, qui non crederat, silentio condemnatur: MARIA autem, si non credidisset Spiritus Sancti infusione exaltaretur? Sed neque non credere MARIAM, neque tam temere debuit usurpare divina. Tu. *ñ.* Ecce Dominus. p. 97.

LECTIO 8.

Neque enim facile erat scire mysterium absconditum à sæculo in Deo, quod nec superiores potestates scire poterunt. Et tamen non fidem tenuit, non officium refutavit, sed acomodavit affectum, spondendit obsequium. Etenim cum dicit: quomodo fiet istud? non de effectu dubitavit, sed qualitatem ipsius inquisivit. Tu. *ñ.* Et ingressus. p. 97.

LECTIO 9.

Quantò temperator ista responsio, quam verba sunt saderdotis? Hæc ait: quomodo fiet istud? Ille respondit: undè hoc sciam? Hæc jam de negotio tractat: ille adhuc de nuntio dubitat. Negat ille se credere, qui negat scire, et quasi

fidei alium querit auctorem: ista se facere profitetur, nec dubitat esse faciendum, quod quomodo fieri possit inquirat. Tu. *ñ.* Benedicta. 97.

Ad. Benedict. ant. Ne timeas MARIA: Spiritus Sanctus super-veniet in te, et virtus Altissimi obumbravit tibi.

Oremus.

Oratio.

Excita quæsumus Domine, potentiam tuam, et veni, et nobis magnâ virtute sueurre, ut qui Te de Virgine naturam speramus, fides nostra tuo adventu roboretur. Qui vivis et reg.

CANON.

Ex Concilio Toletano Undecimo. An. 675. Conc. Tom. 13. p. 509. in Prefat.

110. De tribus personis solam Filii personam pro liberatione humani generis hominem verum sine peccato de Sanctâ et Immaculatâ Virgine credimus assumpsisse de quâ novo ordine, novâque natalitate est genitus. Tu.

Ad. Magnific. ant. (nisi dicenda sit ant. O) Beata es MARIA, quia quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.

CANONES.

Infra hebd. 3. Præg. dicendi.

FERIA II.

Ex Concilio Toletano Undecimo. An. 675. in Prefat.—Tom. 13. p. 509.

111. Cum unus subsantia credamus esse Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, non tamen dicimus, ut huius Trinitatis unitatem MARIA Virgo genuerit, sed tantum modo Filium, qui solus naturam nostram in unitate personæ suæ assumpsit. Tu.

FERIA III.

Ex Concilio Toletano Undecimo. ut. *supr.* p. 510.

112. De Patre sine Matre ante sæcula «Christus» est genitus, et in fine sæculorum de Matre sine Patre est generatus: qui tamén secundum quod Deus est, creavit MARIAM, secundum quod homo, creatus est à MARIA: ipse et Pater Matris et Filius. Tu.

FER. IV. QUAT. TEPOR.

Omnia ut in officio ser. cum. seq. Llectioni.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 1. c. 1. v. 26.

In illo tempore: missus est angelus Gabriel à Deo in civitatem Gallææ, cui nomen Nazareth ad Virginem desponsatam viro. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

In Luc. libr. 2.

Latent quidèin divina mysteria, nec facile juxta propheticum dictum, quisquam hominum potest scire consilium Dei, sed tamen in cæteris factis, atque præceptis Domini Salvatoris possumus intelligere, et hoc propensionis fuisse consilii, quod ea potissimum electa est, ut Dominum pareret, quærat desponsata viro. Tu. *ñ.* Ecce 97.

LECTIO 2.

Cur autem antequàm desponsaretur, impleta es? Fortasse ne diceretur quod conciperet ex adultério. Et bene utrumque posuit scriptura: ut et desponsata esset, et virgo: virgo, ut expers virili consortio videretur: desponsata, ne temerata virginitatis adureretur infamâ: cui gravis alvus corruptæ videretur insigne præferre. Tu. *ñ.* Et ingressus. p. 97.

LECTIO 3.

Mahuit autem Dominus aliquos de suo ortu, quàm de Matris pudore dubitare: sciebat enim teneram esse Virginis verecundiam, et lubricam

famam pudoris: nec putavit ortussui
fitem Matris injuriis adstruendam.
Saturatur itaque sanctæ MARIE,
sicut pudore integra, ita invio-
labilis opinione virginitas: oportet
enim sanctos, et ab his testimonium
habere qui foris sunt. Tu. ꝯ. Be-
nedicta. p. 97.

Ad. Bened. ant. Ecce ancilla
Domini: fiat mihi secundum ver-
bum tuum.

Orat. Dom. preced.
CANON.

Ex Concilio Mediolanensi.
An. 678. *Habetur inter præambula-
lar. Conc. III. Constantin.*

Concl. T. 16. p. 45.

113. Credimus... incarnatum
Verbum Dei et hominem factum
intra Virginis uterum niens sibi
nostræ naturæ veritatem ex Sanctâ
et gloriosâ Dei Genitrice MA-
RIA, perfectus homo in duabus na-
turis, divinitatis scilicet et huma-
nitatis. Tu.

FERIA V.

CANON.

Ex Concilio Constantinopolitano
Tertio.

An. 680. *In Sermon. acclamator.
Tom. 16. p. 517.*

114. «Verbum» ut carnem as-
sumens ex intemperatâ Virgine Dei-
que Genitrice MARIA homo per-
fectus est, consubstantialis nobis,
factusque sub tempore. Tu.

FERIA VI. QUAT. TEMP.

*Omnia ut in offic. Fer. cum. seq.
Lectio.*

Lectio Sancti Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO 1. c. 1. 39

In illo tempore: exurgens MARIA
abiit in montana cum festinatione
in civitatem Juda. Et reliqua.
Homilia S. Ambrosii Episcopi.

IN LUC. LIBR. 2

Morale est omnibus, ut qui fidem
exigunt, fidem adstruant. Et Ideo
Angelus cum abscondita nuntiaret
ut fides adstrueretur exemplo se-
nioris femine: sterilibus concep-
tum Virgini MARIE nuntiavit, ut
possibile Deo omne quod ei pla-
cuerit, assereret. Ubi hoc audivit
MARIA non quasi incredula de ora-
culo, nec quasi incerta de nunti-
tio, nec quasi dubia de exemplo;
sed quasi læta pro voto, religiosa
pro officio, festina pro gaudio, in
montana perrexit. Tu. ꝯ. Spiri-
ritus p. 97.

LECTIO 2.

Discite et vos sanctæ mulieres
sedulitatem quam prægnantibus de-
beatis ex hibere cognatis. MARIAM
que ante sola in intimis penetra-
libus versabatur, non ab publico
Virginitatis pudor, non ab studio
aspiritas montium, non ab officio
prolixitas in generis relaxavit: In
montana virgo cum festinatione,
virgo officii memor, injuriæ im-
memor, affectu urgente, non sexu,
relictâ perrexit domo. Tu. ꝯ. Egre-
diatur. p. 97.

LECTIO 3.

Discite, virgines, non circumcur-
sare per alienas aedes, non demo-
rari in plateis, non aliquos in pu-
blico miseri sermones. MARIA in-
domo seria, festina in publico, man-
sit apud cognatam suam mensibus
tribus. Etenim propter officium
venerat, intrarebat officio. Mansit
ergo mensibus tribus, non quod do-
mus eam delectaret aliena, sed
quia frequentius videri in publico
despiciebat. Tu. Beata es. p. 97.

Ad. Benedict. ant. Beata * que
credidisti: proficientur in te quæ
dicta sunt tibi à Domino.

Preces, et orat. Dom. preced.

Dom. IV. Adv.

CANON.

Ex Concilio Constantinopolitano
Tertio. *Ut supra in edict. Imper.
Constantin. p. 534.*

115. Conditur unum Sanctæ
Trinitatis Dominum nostrum JE-
SUM Christum descendisse de cel-
lis... et in vulvâ Illibatæ Virginis
Deique Genitricis MARIE habi-
tasse, et animâ et corpore per Spi-
ritum Sanctum præpurgatæ, et ex
Sanctâ immaculatâ carne ejus in
propriâ subsistentiâ carnem sump-
sisse nobis consubstantialem. Tu.

SABB. QUAT. TEMP.

*Omnia ut in Off. Feriæ cum lectio-
sequunt.*

Lectio Sancti Evangelii secundum
Matthæum.

LECTIO 1. c. 1. v. 18.

Cum esset desponsata Mater JESU
MARIA JOSEPHI, antequam con-
venirent, inventa est in utero ha-
bens de Spiritu Sancto. Et reliqua.
Homilia Sancti Hieronymi Pres-
biteri.

Libr. 1. Comm. in Matthæum. c. 1.

Quare non de simplici Virgine, sed
de desponsatâ concipitur. Primum
ut per generationem JOSEPHI origo
MARIE monstraretur: secun-
dò ne lapidaretur à Judæis, ut
adultera: tertio, ut in Ægyptum
fugiens haberet solatium. Martyr
Ignatius etiâ quartam addidit
causam, cur à desponsata concep-
tus sit: ut parius, iniquens, ejus
celaretur diabolo, dum eum putat,
non de Virgine, sed de uxore gene-
ratum, Tu. ꝯ. Ecce Dominus. p. 97.

LECTIO 2.

Antequam convenirent inventa est
in utero habens de Spiritu Sanc-
to. Non ab alio inventa est, nisi
à JOSEPHI, qui penè licentiâ mari-
tali futuræ uxoris omnia noverat.

Quod dicitur: antequam conven-
rent, non sequitur, ut postea conve-
nerint: sed scriptura quod factum
non sit ostendit. Tu. ꝯ. Et ingre-
sus. p. 97.

LECTIO 3.

JOSEPH autem vir ejus cum esset
justus, et nollet eam traducere,
voluit occultè dimittere eam. Si
quid fornicariæ conjugitur, unum
corpus efficitur: et in lege præcep-
tum est non solum reos, sed et
conscios criminum obnoxios esse
peccati: quomodo JOSEPHI, cum
crimen celaret uxoris, justus scri-
bitur? Sed hoc iesimonium MA-
RIE est, quod JOSEPHI sciens
illius castitatem, et admirans quod
e venerat, celat silentio, cuius mys-
terium nesciebat. Tu. ꝯ. Bene-
dicta. p. 97.

Ad. Bened. ant. Ponam in Sion
salutem, et in Jerusalem gloriam
meam, alleluia.

Preces, et orat. de Dom. preced.

CANON.

Ex Concilio Toletano Decimoquarto
An. 684. can. 10. — *Conc. T. 17.
p. 63.*

116. In unâ Christi Filii Dei
personâ duarum naturarum indi-
viduas proprietates agnoscent...
unam Deitatis, alteram hominis:
unam quæ ex Deo Patre est geni-
tus: alteram, quæ ex MARIA
Virgine generatus. Tu.

DOMIN. IV. ADVEN.

Semid. 2. Class.

Omnia ut in Dom. prima adv. p. 100

AD MATUTIN.

Invitat. Propè est jam Domi-
nus: * Venite adoremus.

IN I. NOCT.

De Isaia Propheta.

LECTIO 1. c. 49. v. 1.

Audite insulæ, et attendite po-

puli de longè. Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris mee recordatus est nominis mei; et posuit os meum, quasi gladium acutum: in umbrâ manûs sue protexit me, et posuit me sicut sagittam electam: in pharetra súa abscondit me. Et dixit mihi servus meus es tu, Israel, quia in te glorior. Tu. *ñ.* *Rorate.* p. 96.

LECTIO 2.

Et ego dixi: in vacuum laboravi, sine causâ, et vanè fortitudinem meam consumpsi: ego iudicium meum cum Domino, et opus meum cum Deo meo. Et nunc dixi Dominus formans me ex utero servum sibi, ut reducam Jacob ad eum, et Israel non congregabitur: et glorificatus sum in oculis Domini, et Deus meus factus est fortitudo mea. Tu. *ñ.* *Spiritus.* p. 96.

LECTIO 3.

Et dixit: parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et facies Israel convertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea ad extremum terræ. Hæc dicit Dominus Redemptor Israel sanctus ejus; ad contempibilem animam, ad abominatam gentem ad servum domitorum: reges videbunt, et consurgenti principes, et adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, et sanctum Israel, qui elegit te. Tu. *ñ.* *Suscipe verb.* p. 97.

IN II. NOCT.

Ex enarratione Sancti Ambrosii Episcopi in Psalmum trigesimum quintum.

LECTIO 4.

Ex utero servum se dixit: audi, Ariane, ex quo utero? paululum supra recurre: ex utero, inquit, Matris mee vocavit Dominus nomen meum. Quod nomen ejus sit, andiamus, quo eum Pater vocavit:

ecce virgo in utero accipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Quod enim aliud nisi Filius Dei nomen est Christi? Accipe aliud; dixerat quidem et Gabriel ad JOSEPH de MARIA: pariet Filium, et vocabis nomen ejus JESUM. Tu. *ñ.* *Spiritus S.* p. 97.

LECTIO 5.

Accipe Dei vocem: Et tu Bethleem Judæ non est minima in principibus Juda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Adverte mysterium: ex utero Virginis idem et servus exivit et Dominus: servus ad operandum, Dominus ad imperandum, ut regnum Dei in hominum mentibus radicaret. Utriusque unus, non alter ex Patre, et alter ex Virgine; sed idem qui ante sæcula ex Patre, ipse postea carnem suscepit ex Virgine. Tu. *ñ.* *Egredietur.* p. 97.

LECTIO 6.

In Psalm. 61. enarratione.

Non enim alter ex Patre, alter ex Matre; sed qui erat ex Patre, carnem assumpsit ex Virgine: affectum assumpsit ex Matre, ut infirmalitates nostras ipse susceperet. Undè ait Propheta: et pro nobis dolet. Quomodo dolebat meo dolore, si meum non gerebat affectum? Tu. *ñ.* *Beata es.* p. 97.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. v. 42.

In illo tempore: exclamavit voce magna Elizabeth, et dixit: Benedicta tu inter mulieres. Et reliqua. Homilia S. Bernardi Abbat. *Homil. 3. sup. Missus.*

Benedicta tu in mulieribus. Libet adungere, quòd Elisabeth, cujus

Oremus.

hæc verba sunt, prosecuta subjunxit. Et benedictus fructus ventris tui. Non quia tu benedicta, idè benedictus fructus ventris tui, sed quia ille te prevenit in benedictionibus dulcedinis, idè tu benedicta. Verè etenim benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ sunt omnes gentes: de cujus plenitudine tu quoque accepisti cum cæteris, et si differentius à cæteris. Tu. *ñ.* *Eccc Dom.* p. 97.

LECTIO 8.

Ac propter eam quidè benedicta tu, sed in mulieribus, ille verò benedictus non in hominibus, non inter angelos, sed qui est, ut ait Apostolus, super omnia benedictus Deus in sæcula. Dicitur benedictus vir, benedictus panis, benedicta mulier, benedicta terra, vel si quid tale in creaturis benedictum esse memoratur, sed singularitè benedictus fructus ventris tui, cum sit super omnia benedictus Deus in sæcula. Tu. *ñ.* *Et ingressus.* p. 97.

LECTIO 9.

Benedictus ergo fructus ventris tui, cui benedixit Deus in æternum. Ex cujus benedictione benedicta etiàm tu in mulieribus, quia non potest mala arbor fructum facere bonum. Benedicta, inquam, tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem evasisti, quæ dictum est: in tristitia paries filios, et nihilominus illam quæ secutum est: Maledicta sterilis in Israel: ac singularem consecuta es benedictionem, ut nec sterilis maneat, nec cum dolore parturias. Tu. *ñ.* *Benedicta.* p. 97.

Ad. Benedict. ant. Confortare, Virgo fecunda, casta puerpera, mater intacta, quia non eris in Israel ultra maledicta, neque inter steriles deputata.

Oratione.

Excita, quæsumus Domine, potentiam tuam et per tuum adventum ostende nobis mirabilem Virginis Partum; ut qui ex nostrâ pravitare affligimus, ex tuâ visitatione consolemur. Qui vivis et regn.

CANON.

Ex Concilio Nicæno Secundo. An. 787. *Action. 7.—Concil. Tom.* 18. p. 580.

117. Duas naturas confitemur ejus qui incarnatus est propter nos ex intemeratâ Dei Genitrice semper Virgine MARIA, perfectum eum Deum, et perfectum hominem cognoscentes. Tu.

Ad Magnif. ant. O.

Si Dom. IV. adv. *incederit in vigiliâ SS. Partis, Offic. sicut de Dom. illis tantum mutatis quæ fuerint propria Vigil. et posita sunt in proprio Festivitatum die 24 Decemb.*

CANONES.

Infra Hebdom. IV. Prægn. dicendi.

FERIA II.

Ex Concilio Nicæno Secundo.

Ut supra p. 583.

118. Duas naturas incarnati propter nos ex immaculatâ Virgine MARIA confitemur, perfectum Deum et perfectum hominem cognoscentes, quemadmodum Synodus in Chalcedone habita declaravit. Tu.

FERIA III.

Ex Concilio Francofordiensi. An. 794. *Contr. adoptian. ap. Perrone.*

119. Hoc volumus à vobis audire, an Adam primus humani generis Pater, qui de terrâ Virgine creatus est, liber esset conditus, si ve servus? Si servus, quomodo tunc imago Dei? Si liber, quare Christus quoque non ingenuus de Virgine? Meliore quidem terrâ etiàm

aminatâ et immaculatâ, Spiritu Sancto operante, factus est homo. Tu.

FERIA IV.

Ex Concilio Wormatiensi.

Ann. 868. *yp Professione fidei—Conc. T. 23. p. 91.*

120. Novâ nativitate «Christus» est genitus quia incorrupta virginitas, et virilem colu necinivil, et fœcunda per Spiritum Sanctum carnis materiam ministravit. Tu.

FERIA V.

Ex Concilio Lateranensi Quarto. Av. 1215. *cap. 1.—Concil. T. 28. p. 155.*

121. Unigenitus Dei Filius JESUS Christus à totâ Trinitate communi èr incarnatus ex MARIA semper Virgine Spiritus Sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, una in duabus naturis persona, vitam vitæ manifestius demonstravit. Tu.

FERIA VI.

Ex Statutis Synodalibus Ecclesie Comanenensis.

Ann. 1247. *Apud Marten. Tom. 7. c. 1371.*

122. Docere debent Presbyteri veri Dei Filium pro Redemtionis humani generis carnem assumptis in Beatâ Virgine de carne ejusdem Virginis, non humanâ sed Spiritus Sancti operatione. Tu.

IV.

PUERPERIUM

B. MARIE V.

seu ab ejus sacratissimo Partu usque ad ejus Purificationem.

V.

VIRGO PUERPERA.

CANONES.

dicendi in diebus infra octav. SS. Partus qui proprios non habuerint.

Temp. Puerperii.

Ex S. Eulichiano Papâ. An. 275. *Ep. 1. ad Episcop. Beticæ.—Com. Tom. 1. p. 511.*

123. Incenarrabilis à Deo originis, unus unigenitus Deus, in corporis humani formam Sanctæ Virginis utero insertus accrescit: qui omnia continet, infra quem et perquem cuncta sunt, humani partus lege profertur. Tu.

FERIA III.

Ex S. Eulichiano Papâ.

Ut supra.

124. Natus igitur æstâ unigenitus Deus ex Virgine homo, et secundum pleni ordinem temporum in semelipso profuturus in Deum hominem. Tu.

FERIA IV.

Ex S. Cajo Papâ.

Ep. 1. ad Filic. Ep. n. 4. ad an. 283.—Conc. T. 1. p. 388.

125. Quicumque i à obœcœali, et à lumine veritatis alieni, ut Verbi Dei à tempore Incarnationis denegent veritatem, ostendant in quo sibi christianum nomen usurpent, et cum evangelio veritatis, quâ ratione concordent, si beatæ Virginis partu, aut caro sine deitate, aut Deitas est orta sine carne. Tu.

FERIA V.

Ex S. Cajo Papâ.

Ut supra.

126. Sine Verbi potentia, nec conciperet Virgo, nec pareretur, et sine veritate carnis, obvoluta panis infantia non jaceret. Tu.

FERIA VI.

Ex Concilio Nicæno Primo. An. 325. *cap. 19.—Concil. Tom. 2. p. 403.*

127. Deus erat, et est, et factus est homo propter dispensationem, incarnatus et natus ex Virgine propter suam erga genus humanum charitatem. Tu.

Temp. Puerperii.

SABBATO.

Ex Concilio Nicæno Primo.

Definitio. Eprum. Vide Concil. Eph. p. 3.—Conc. T. 6. p. 174.

128. Confitemur Dominum nostrum JESUM Christum ex Patre quidem secundum Spiritum ante sæcula genitum, novissimis verò diebus ex Virgine secundum carnem natum. Tu.

DOM. INFRA OCT. SS. PART, CANON.

Ex S. Vitalio Episcopo.

Serm. de fide—Conc. Ephes. p. 1. c. 4. Concil. T. 5. p. 125.

129. Cum Verbum secundum æternam ex Deo Patre originem verus Dei Filius sit, secundum eam quæ est ex Virgine, factum est Filius hominis. Tu.

RESPONSORIA

dicenda post Lectiones tam in Dominicis, quàm in Feriis tempore Puerperii B. M. V.

In I. Noct. et in Feriis II. et IV.

§. 1. Jacob, genuit JOSEPH virum MARIE, de qua natus est JESUS, qui vocatur Christus. *ÿ. Deus in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.—Qui vocatur.*

§. 2. Puer crescebat et confortabatur: plenus sapientia, et gratia Dei erat in illo. *ÿ. Et Mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.—Plenus.*

§. 3. Benedicta es tu, Filia, à Domino Deo excelso * Prae omnibus mulieribus super terram. *ÿ. Quia per te fructum vitæ communicavimus.—Prae.—Gloria.—Prae.*

In II. Noct. et in Fer. III. et VI.

§. 4. Beata Dei Genitrix MARIA, cujus viscera intacta permanent post partum; * Nobis genuit

Salvatorem sæculorum. *ÿ. Beata quæ creditur, quoniam perfecta sunt ei omnia quæ dicta sunt ei ab Angelo.—Nobis.*

§. 5. Beata viscera MARIE Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium; * El beata ubera quæ lactaverunt Christum Dominum. *ÿ. Extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit: Beatus venter qui te portavit.—Et beata.*

§. 6. Ego dilectio meo, et dilectus meus mihi: * Qui pascitur inter lilia. *ÿ. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur.—Qui.—Gloria.—Qui.*

In III. Noct. et in Fer. IV. et Sabbat.

§. 7. Nesciens Mater Virgo virum, peperit sine dolore: * Salvatorem sæculorum, ipsum Regem Angelorum sola Virgo lactabat ubere de celo pleno. *ÿ. Et benedicta in æternum nobis profuit Deum et hominem.—Salvator.*

Sequens 8. ð. omittitur in off. Domn. et ejus loco dicitur §. 9. ut infra.

§. 8. Creator generis humani animalium corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est. * Et procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem. *ÿ. Felix es sacra Virgo MARIA, et omni laude dignissima, quia ex te ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster.—Et procedens.*

§. 9. Genuit Puerpera Regem gaudia matris habens, cum virginitali honore: * Nec primam similem visa est, nec habere sequentem. *ÿ. Quando natus est ineffabiliter ex Virgine, tunc impleta sunt scripturæ.—Nec.—Gloria.—Nec.*